



29

Mobilissime VIR, magnum saeculi nostri Decus,
unicum Humanitatis exemplum,

Salvus modo apud te pudor meus sit, permittam filio meo
MAXIMILIANO, ut et ipse periculo frontem suam exponat.
Sed si humanitatem tuam novi, tam facile obtinebit Gene-
ficium, quod petet; quam ego cum verecundiam negli-
gerem, secundo impetravi. Enigitur litteras ejus, quae
si minus accurate et complae, cogita à milite, quam-
vis iam exarmato, scriptas esse. De studiis meis iam
sileo, quia et ipsa quoddammodo silent. Nescio etiam, quo-
modo ab sieme vis ingenii frigeat: nisi et ab aetate,
quae maior molestiorque siems est, vitium accedit. Etenim
annum LXX. pridie Non. Novembris nuper ingressus sum;
quasi in occasum vergens: et an quiete adhuc aliquā, ante
longam quietem usurpus? Det Deus, ut primum Go-
mines relinquam, te mihi videre, et complecti licent!
tuas virtutes et elegantias coram venerari! Aliquid sane
vigoris, immo felicitatis à divino tuo volto, immo aliquid
adhuc vilae capiam. Haec vota mea sunt, et in pacem,
aut inducias diriguntur. Satis factenus Belli est, satis
ubique misericarum. Si pugnare suave: communem ha-
bemus hostem; à quo sibi non Religio tantum, sed ipse
Litterae, omnisque cultus timeat. Graecia oppressa est:
sed videtur reliqua Europa idem fatum provocare. Sed
taceo, et omen avertio. Tu mihi salvas sis: quem
toto animo Veneror

E. Puteanus.

Lovanii, Matre, prid. Eid. Lannarū,

æ. DC. XLIV.

Hug. 37.

